



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

52. An iuramentum præstitum redeundi ad carcerem iniustum obliget? Et quid de carcere iusto? Et deducitur condemnatum ad mortem famis teneri sub mortali culpa comedere, non obstante Superioris ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

Tractatus Quartus

72

eam obligationem remittere. Solum ergo talia iuramenta, quae rationem voti induunt, & soli Deo praestantur manebunt subiecta irritationi, relaxationi, dispensationi, ac commutationi, quemadmodum, & vota manent, & ad quos pertinet vota irritare, relaxare, cōmutare, & dispēnsare, illa quoque pertinebunt, vt bene notat Sanchez tom. 2. Decalogi, lib. 3, cap. 2. o. m. 9. Vnde ex his infertur, quod si quis filia, intuitu patris, dōrem sub iuramento promittat; tunc non ad filiam, sed ad patrem remissio iuramenti pertinet.

R E S O L . L I .

An iuramentum præstitum principaliter in honorem Dei possit: quis remittere, si cedat in eius utilitatem?
Et quid est faciendum, quando prædictum iuramentum præstitum fuit dare elemosynam pauperi, aut hospitali non determinando personam; & tunc huiusmodi iuramentum relaxari debet per Prelatum Ecclesiasticum: Ex p. 10. tr. 14. & Msc. 4. Ref. 17. alias 15.

S.up. hoc in Re præterita, & vide etiam doct. in am al terius § eius primæ not.
Negatiū respondet Texeda, tom. 2. lib. 2. tr. 2. contr. 6. n. 24. vbi sic ait: Maior difficultas est, an quando iuramentum est specialiter Deo præstitum, aut ex affectu ad Religionem, si tamen res promissa tota cedit in fauorem proximi, possit proximus illud relaxare. In qua disputatione Sanchez lib. 1. de Mair. 25. n. 7. affirmat posse partem cui fuit præstitum iuramentum illud relaxare; nihilominus oppositum est verum, quia vt afferit Petrus de Ledesma Sum. tract. 11. de Iur. c. 1. quoties iuramentum est specialiter Deo factum, & in eius honorem, aut Religionis, quamvis sit præstitum in utilitatem proximi, non potest illud remittere, sicut contingit in Casibus adductis, quod tamen ego limite, nisi huiusmodi iuramentum taliter sit in Dei honore specialiter factum, quod iurans omne ius, obligationem, & impletionem remiserit ad voluntatem eius cui fuit præstitum; nam tunc non dubito posse illum relaxare, qui principaliter censetur illi fuisse præstitum. Hinc fit, constare manifestè quid dicendum est; quando quis iuravit se daturum certam elemosynam cuidam pauperi, aut hospitali, non determinando personam, tunc enim huiusmodi iuramentum relaxari debet per Prelatum Ecclesiasticum, quia huiusmodi iuramentum est Deo principaliter præstitum, & non in utilitatem alicuius certæ personæ, cui remitti poterat relaxatio. Ita Texeda.

2. Videtur hanc sententiam etiam tenere Rocafull in Praxi Theol. Mor. tom. 2. lib. 1. precept. 2. Decal. c. 4. n. 226. docet enim, iuramentum factum homini, non solum in utilitatem eius, sed etiam in Dei obsequium, quod appellatur iuramentum intuitu pietatis non posse remitti ab homine, cui factum est, vt si quis promisit pauperi animo infernandi Deo elemosynam, non potest pauperem remittere; ratio est, quia licet pauper possit remittere ius, quod acquisitus per iuramentum, non tamen potest remittere quod Deo promissum est. Et confirmatur, quia per hoc iuramentum contracta est duplex obligatio, & ei cui factum est iuramentum solum debetur una alter ergo debet remittere aliam: Poterit autem dispensare Papali is, cui iuramentum factum est, remitti iuramentum.

3. Sed ego non discedo à sententia Castri Palai, tom. 2. tract. 14. diff. 3. pñct. 2. n. 3. vbi sic afferit: Difficultas est an possit creditor iuramentum præstitum principale, in honorem Dei remittere, & quod tota obligatio in sui gratiam, & fauorem cedat, v.g. intuitu pietatis promisisti sub iuramento alicui pauperi elemosynam, poteritne pauperem obligationem remittere? Et quidem si pauperem non determinasti, clarum est nullum esse qui possit obligationem remittere; Quia illud

**Sup. hoc in
§. not. præte-
rita.**

iuramentum Deo est factum, & inducit rationem Vt, tneque res promissa cedit in gratiam huius pauperis determinati: ed huius, vel illius, ergo nullus sit in particulari, qui possit remittere. Sie Sanchez, lib. 3. Somm. 20. n. 3. Verum si pauperem determinasti; probabilis est, & mihi certum remittere possit obligationem, nolendo promissum acceptare; qui illud iuramentum censetur tacitam conditionem habere, dummodo velit promissum acceptare is, de cuius commodo agitur. Non enim (vt bene ait Lessius) intendis iniuriam ad Beneficiū acceptandum cogere, vel nolentem obtrudere. Ergo si ille nolit, vel condonat, non obligari; scilicet enim conditio, sub qua obligatio inducta est. Quod verum Thomas Sanchez lib. 1. de sponsalibus, diff. 5. 2. n. 7. fine 8. & 9. & Suarez lib. 2. de Iuram. c. 39. n. 8. 11. & 12. insinuant posse pauperem remittere obligationem iustitiae remanente obligatione iuramenti, si velit promissum impleri, mihi non probatur. Nulla enim ex supradictis iuramentis obligatio iustitiae, aut fidelitatis in promittente oritur comparatione pauperis, sed tota obligatio est comparatione Dei, esto in pauperis utilitatem cedat. Quapropter nulla alia via potest pauperem remittere nisi vel condonando promissum, vel nolendo illud acceptare.

R E S O L . L I I .

An iuramentum præstitum redeundi ad carcere iniustum obliget?

Et quid de carcere iusto?

Et deducitur condemnationis ad mortem famis, tenetis sub mortali culpa comedere, non obstante Superiori precepto de non comedendo, etiam si mortali se oblatos non manducaturum. Ex p. 9. tract. 3. & Msc. 2. Ref. 57.

S.up. hoc in re præterita §. 1. & hic infra ad lin. 8. Sed ego.
Ovo ad primum affirmat Toletus, lib. 4. Somm. 22. num. 2. vers. Alterum est. Lessius lib. cap. 42. dub. 6. n. 28. Sanchez alii relatis, lib. 3. Somm. c. 11. nu. 31. Suarez lib. 2. c. 10. n. 14. & 16. Bonacina tom. 2. diff. 4. q. 1. pñct. 9. n. 2. Ratio est, quia redditus ad carcere factus est fine obseruandi fidem iuramento stabilitam, & eius est veracitas, fortitudinis, & patientie, neque obinde censeri debes te occidere, & vitam tuam prodigere, sed solum celeri debet te periculo vite expondere. Quod ex iusta & rationabilis causa factum est, vt benē probat Lessius lib. 2. c. 9. dub. 6. Addit ex obseruatione iuramenti non te proprii coniici in vita periculum, quod antea habebas, quodque dato iuramento suspensus fuit. Non igitur excusat potes a iuramenti obseruatione.

2. His tamen non obstantibus, non desunt Doctores negatiua sententia adharentes. Ita Cour, lib. 1. o. 2. riar. c. 2. n. 7. Plaza de delictis lib. 1. cap. 22. n. 6. fin. Basilius Legionensis lib. 1. c. 8. n. 20. Gutierrez 1. par. de Iuram. c. 37. n. 24. & fess. optimè Valq. 1. 2. diff. 174. c. 5. n. 35. Nauart. c. 11. n. 18. Reginaldus lib. 1. praxis. n. 62. Ratio est, quia feculso iuramento iure charitatis propriæ tenetaris periculum ire fugere. Ergo iuramentum de non fugiendo, sed potius de redendo, illicitum est; quia est de re charitati propriæ contraria. Item talis redditus subministrat tyram occidendum iniquæ vexationis: Ergo non est licitus, & honestus. Ergo iurari non potuit. Item non est actus fidei, tamen quia non debet fides illam iniquè exposculant, neque fortitudinis, vitam sic irrationali exponere: Ergo nullam habet honestatem.

3. Nec obstat argumentum in contrarium, quia, si se occidere sit intrinsecè malum, & subinde nunquam licet at non fugere periculum mortis, & illis expo-

nere interdum licet ex causa iustæ ergo ratione feruandi iuramenti potest se illi periculo exponere, & feruare iuramentum. Sed respondeatur, antecedens esse verum, quando talis expositio periculi est actus virtutis: exponere se autem periculo mortis, redendo in carcere, quando absolutus ab illo, iurauit se in illum redditum, non est actus virtutis; nec iusta ad eam causa redditus: sed potius est actus vitij, & temeritatis, cum sit actio repugnans naturali inclinationi, quia homo tenetur vitam propriam tueri, & conseruare, & idem redditus ille non est promissio exequitur, sed occasio propriae vita. Non negamus tamen id, quod Adversarij petunt in argumento, sed dicimus nullo modo licere iuramenti redditum ad carcere, nec teneri redire, quando instat periculum vita iniuncta à se auferendæ, quia redditus ille est actus temeritatis, & vitij, de quo iuramenta facta sunt irrita. Vnde ex his omnibus apparet, utramque sententiam esse probabilem, vnde Villalobos in summa tom. 2. tra. 3. difficult. 5. num. 16. sic ait: [De lo dicho se infiere que el que esta preso en la carcel, y jura de bolver a ella, donde injuriosamente estaua preso, aunque sepa que le han de castigar, està obligado a bolver a ella, como tienen Cayetano, Soto, Silvestro, y Toledo, y se colige de S. Thomas. Pero en esto caso vna gloria, Nauarino, Panormitano, Iuan Andres, Covarrubias, y Iuan Mayor dizen, que no està obligado a bolver, porque tiene obligación a conseruar su vida, y estaua obligado a huir, si pudiera; yanli parece que hara mal en bolver, y que no està obligado a ello, ni puede hacerlo con buena conciencia. Esta sentencia dice lesio que es probable, y segura en practica, y es llano que se puede seguir, aunque no fuerá tan probable como la contraria, por lo queda dicho arriba, quanto mas que es muy probable, aunque también los es la contraria. Ita illa.

4. Sed maior difficultas est de iuramento redendo ad carcere, quando carcere est iustus, & pena mortis inferenda sit iusta; an inquam in tali cau obligeat. Et hoc & infra negativo respondet Lopez de Texeda in Theol. mor. in t. 3. Ref. tom. 2. lib. 3. punct. 2. n. 131. vbi sic ait: Major difficultas pro soluto è carcere iuramento prædicto de redendo in illum, an teneatur redire; quando carcere est iustus, & pena mortis inferenda iusta; & affirmat Sanchez ergo earum summa tom. 1. lib. 3. de iuram. cap. 1. num. 25. ad id teneri, eriam cum periculo vita: & reddit rationem, quia eo cau iuramentum est de re iusta, & nihil caulari potest iurans, quid hac obligatione liberetur, cum ad fortitudinem spectet id iuramentum cum vite periculo obseruare, nec aliqua iniuria iuranti irrogetur. Ceterum nec eriam eo cau iurantem redditum & carcere liberatum, ad illum redire teneri omnino asserendum est; quod ostendo primò rationibus immediate à nobis adductis, quae evidenter probant; etiam de soluto è carcere medio iuramento prædicto de redendo in ipsum, quando carcere est iustus, & pena mortis est iusta, & debita; & præterea quia quod immediate, & per se tendit ad tollendam vitam, non est implendum; & etiam quia teste D. Thoma 2.2. quæst. 69. art. 4. idem ad mortem famis condemnatus, tenetur sub mortali culpa commovere, non obstante superioris præcepto de non commendo; quia non comedere non tantum est non se conseruare ut male afferit Valentia tom. 3. de reo. dis/p. 5. q. 13. sed est formaliter & immediate se occidere; sed is, qui iurauit ad carcere se redditum, si ad illum redire, ex eo redita infallibiliter sequitur eius mors, in modo redditus ipse est immediata causa amittendi vitam; ergo teneatur non redire iure naturali, contra quod iuramentum præstitum non est validum.

5. Ad rationem autem pro aduersariis constat ex dictis eo cau iuramentum non esse de re iusta, nec esse validum, nec ad fortitudinem spectare, sed ad temeritatem: nam sicut si quis ad famis mortem condemnata-

Tom. VIII.

tus iuraret se cibos oblatos non manducaturum, eo tamen iuramento non obstante tenetur sub mortali commovere, propter rationem à D. Thoma assignatam, quæ deducitur ex ipso naturali iure; ita qui iurauit se in carcere redditum, si capite plectendus est, quamvis talis pena sit iusta, nec potest, nec tenetur redire, nec iuramentum est validum. Hucusque Texada. Sed sententia Sanchez magis mihi placet, & est communis, quia talis redditus & honestus est, & fidelitati, religioni, & iustitia debitus: non nego tamen sententiam Texada tuam habere probabilitatem.

R E S O L . L I I I .

An qui vi, vel metu iurat coactus, si habeat animum non implendi iuramenti, petendo prius relaxationem eius, non obstante hoc peccet mortaliter? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 6.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 7. numer. 20. & Sanchez in Summa tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 17. vbi sic ait: Non credo peccatum si iuramentum, si habeat animum non implendi iuramenti, obtenta tamen prius illius relaxationem, ecce si absolum non implendi animum habebet, si quia in priori eventu nulla irrogatur iniuria extorquenti inquit promissione; nec est mendacium, eodem quod iurans habeat firmum implendi animum, nisi relaxationem obtineat; & quamvis habeat animum petendæ prius relaxationis, & ea obtenta non implendi animus hic est conformis conditioni inhibita in eo iuramento, quia est, nisi eius relaxatio prius obtineatur; & idem nec mendacium, nec culpam aliam continet. Sit ut iurans feminina matrimonium, cum intentione implendi, nisi illa forniciata fuerit, verum iurat, nec peccat, quod ea conditio includatur tacite in ea promissione.

2. Sed affirmativa sententia adhæret Lopez de Texeda in Theol. mor. to. 2. lib. 3. tr. 8. 2. n. 118. Primo, quia qui sic iurat, quamvis vi, & metu coactus, absolute vult non implere iuramentum factum ergo peccat mortaliter. Probatur antecedens, quia idem simul cum iuramento haber intentionem petendi relaxationem, quia simul iurando habet intentionem non implendi: ergo absolute vult iurare, & iuramentum non implere. Sed qui iurat cum intentione iurandi, & animo non implendi, peccat mortaliter in sententia omnium Doctorum, & est per iurij reus: ergo, &c. Hucusque Texeda. Ego utramque sententiam probabilem esse puto; sed negatiuam existimno probabiliorem.

*Lege supra
doctrinam
§. 1. & 1. Ref.
2. & aliter
rel. eius pri-
mæ not. &
infra ex rel.
64. §. Non
post medium
vix iu-
rants.*

*Sup. hoc si-
gnanter in
Ref. 1. not.
piæteria. §.
1 & 2. & in
alia Ref. eius
prime andata*

R E S O L . L I V .

*An captus à latronibus, si cogitur iurare se non denuncia-
turum illo; iudici, teneatur ad observationem talis iu-
ramenti?*

Et quid, si à iudice talis interrogaretur?

*Et quid, si iuramentum interponatur, de non petenda hu-
ius iuramenti relaxatione?*

*Et quid est dicendum, si captus iurasset infidelibus, apud
quos iniuste derinebant se in sua libertatis premium
daturum milie aureos, an tale iuramentum non sit re-
laxandum, sed adimplendum?*

*Idem est, si captus iurasset se illuc redditum. Ex p. 11.
tr. 2. & Misc. 2. Ref. 35.*

§. 1. **R**espondent aliqui cum distinctione, si alias posset non denunciare, iuramentum obseruan-
do, si teneretur, non esse: quia in primo cau posset penitus, &yle sine peccato obseruare iuramentum, in secundo non possit, iuramentum autem de re illicita, non valeret, sed Ioannes Pontius in cursu Theologico disputat. 53.

G quæst.

*Sup. contra
In hoc §. in
Res. seq. 5.*